ANNO M. DC. XXC.

HERMESIANDI.

AD DIEM XXVI. MENSIS

ANTONIUM IOHANNEM TAYLOR

EMBERICÆ DIŒCESIS EXISTENTEM

ANTISTITEM

IN QUE RITE VIRUM EXIMIUM DICI

EXACTISSIMÆ RATIONIS ADEMPTIONE DE

DEO

QUE BIBLIORUM OBSERVANDO

DIS INFERIORIBUS DECANO PROMOTORE VIGILANTISS.

RID HODIERNE INCOLATUS FACULTA-

DIOCESIUM PROFESSORE ORDINA-

DN. GEORGIO FINCEFBRECHT

CONSISTORII ET VICARIATUS PRÆSIDE

IN ALTERA ET IN ALIA

SEDIBUS ORDINIS

AUCTORITATE AC AMPLISSIMI

EX DECRETO ET MANDATO EIUS

DEO AUSPICE

OLIM

COELESTIS

WATERLOIS

DE

DIRECTORIO THEOLOGIÆ DOCTORIS

...ntroductio.

...m est illud Juliani JCti in l. 15. ff. ad L...
...uil. quod impunita esse maleficia non...
...orteat; item illud Gaij JCti in l. 70. i...
...ff. de fidejuss. quod pœnas ob maleficia...
...lvi magna ratio suadeat; quibus verbis...
...nnuere voluerunt, quanti communi uti-
...ut singula crimina debitis pœnis vindi-
...anè non minima Pars officij magistratus
...ft, ut vitia Reip. noxia, quantum fieri queat,
...itur, quod sit facinorosos homines per justa
...cia tollendo, ac velut putida ejus membra rese-
...o, ne reliquam adhuc sinceram ejus partem vitiis
...is inficiant corrumpantve. Ea tamen moderatio-
æquitas & cura in infligendis pœnis adhibenda, ne
quid duriùs aut remissius statuatur quam causa postu-
lat, sed perpenso Judicio prout quæque res deposci-
constituatur, *l. 11. ff. de Pœnis.* Et quemadmodum in-
quit Ulpian. in *l. 13. ff. de off. præsid.* ut in unumquem-
que nonaliter quam pro modo admissi animadverta-
tur; denique ut prudenter ab Impp. Gratiano Valenti-
niano & Theodosio, Matroniano præsidi Sardiniæ re-
scriptum est, id efficere oportet, ut metus ad omnes,
pœna verò ad paucos perveniat *l. 1. C. ad L. Jul. repetunt.*
Cæterum constat, ardui laboris esse, pervestigare,
quæ huic vel illi delicto pœna exactè respondeat, id-
que

que dignoſci ſæpè nequit, propterea 1. quia tanta occurrit varietas circumſtantiarum, quæ factum gravius aut mitius puniendum ſuadent; in moralibus enim circumſtantiæ mutant negotia; præterea nonnullæ res in moralibus ſunt quaſi extrema; aliæ vero intermedia: aſt quia hæc de extremis aliquid participant, dummodo ad hoc modo ad illud extremum propius accedunt, hæc quidem ſatis expedita ſunt, verũ intermedia difficultate non carent, quemadmodum in dolo & caſu fortuito perſpicuum eſt videre, inter quæ velut extrema, culpa (dum neque ſcientis & volentis neque merè ignorantis & inviti dici poſſit,) interpoſita eſt, ſic ut ex utroque velut conflata eſſe videatur, dum de utriuſque natura quicquam participat, unde evenit, ut dolus pœnam ſemper mereatur, & ad reſtitutionem damni obliget, mera in fortunia ſeu caſus fortuiti ad nihil horum; culpa autem velut media interdum pœnam mereatur & reſtitutioni obnoxia ſit, interdum non, prout ſcilicet dolo vel caſui fortuito propior eſt vel remotior. Verum hoc ipſum medium quod Ariſtoteles ἁμάρτημα, interpretes culpam vocant, cum ſit tantæ latitudinis, neceſſe fuit ad certitudinem aliquam huic rei afferendam certos gradus invenire, nimirum diſtinguendo culpam in latam, levem & leviſſimam; imò quidam inter quos & Bartolus ulterius progreſſi, eam in quinque partes partiti ſunt, neque tamen difficultatem omnem removerunt; Facile quidem fuit in genere talia ſtatuere, verùm in applicatione ad factum ſeu caſus obvenientes tanta difficultas in his reperitur, ut vix quid ſit intricatius, de quo mea quidem



& illicitas seu
fas, est medi-
trumque ex-
timè patet. In
huc atque
titudine eli-
ter judicari

Etibus odio
oxios, quæ
quaque
non pos-
quod ni-
peratione,
ntur, sicut
id justum
cit, is re-
m Arist.
; is sæpè
pertur-
s neces-
materiæ
ateriæ
quam
quod si ulla
quibus
fieri
sanctè
magi-
propositâ
N. 26. c. 2. n.
Mirum proin-
titu-

Ones licitas
ferri ne
differens, quod ad u
habet, ac iidem latis
fluctuat animus, &
ut quid in tanta ince
nendum sit, difficul

oratum est, judices aff
iæ imò corruptioni obn
onis obnubilant, ut quid
perspicere sæpe nolint a
alia non contemnenda ratio
ferantur prævia matura de
n de rebus præsentibus instituta
modū sit ijs, qui judicant, definire q
Rhet. 1. Quapropter qui legem præ
ationem imperare sinit, quia lex secun
ne appetitione mens, qui verò homine
eluam propter nimios affectus atque animi
bationes, l. 3. Polit. cap. 12. Has igitur ob causas
se est ut Legislator, quantum in ipso est & materiæ
conditio permittit, pleraque legibus determinet, quam
paucissima vero Iudicis arbitrio relinquat; quod si ulla
alia gens certè Romani religiosè observarunt, quibus
nihil æquè magis curæ fuit, quam ut quantum fieri
potuit, omnia legibus determinarent, easque sanctè
observandas & secundum eas pronunciandas magi-
stratibus & præsidibus suis gravissimâ simul proposita
pœna injungerent, Nov. 24. c. 2. N. 25. c. 2. N. 26. c. 2. n.
79. c. 1. N. 86. c. 1. & 3. N. 113. c. 1. N. 125. c. 1. Mirum proin-
de videri debet illorum judicium, qui Jus Romanū mul-
titu-

A 3

titudine Legum laborare, easque ut signum ægræ ac corruptæ istius Reip. considerant, id quod obiter monendum fuit. Licet autem plerisque negotiis in Jure Romano peculiares leges sint præscriptæ, quas Iudices sequi debeant, ne in judicando aberrent, in tanta tamen negotiorum præsertim verò delictorum frequentia & concursu novis casibus subinde emergentibus (cum natura novas semper formas edere properet) evitari vix potuit quin quædam legibus indefinita relicta sint, id quod maximè in criminibus attentatis animadvertere licet, quorum pleraque Iudicis arbitrio punienda commissa sunt, idque non vitio Legislatorum, sed potiùs materiæ hujus conditioni adscribendum, quippe quæ non patitur certi quid circa eam statuere; cum enim & hæc interjecta sit inter cogitationem nudam & factum externum consummatum, & quidem tanta latitudine, determinatio circa hanc admodum est difficilis; Interim Romani LLatores huic difficultati mederi cupientes, quo magis Judicis arbitrium constringerent ac coärctarent, & quoad fieri potuit, etiam in hoc genere nil quicquam indeterminatum relinquerent, in aliquibus delictis non solum atrocioribus (ut quidam falsò existimant.) sed & in levioribus quibusdam solam attentationem notare voluerunt, ita tamen, ut & in his gradus remotionis & propinquitatis conatus à perfectione veri criminis observent, & juxta has pœnas commensurent. Quorum vestigiis etiam posteâ Glorioſissimus Imperator, Carolus V. insistens, in Ordinatione criminali eadem ferè quoad affectum puniendum obsetvavit; Tantum igitur abest ut hac in parte quicquam juri com-

CAPVT I.

nominales maleficij, it
cœpti explicans

THESIS I.

Tatim autem in principio hujus discursus
vocabulum Maleficium, seu malefactum
ginem & derivationem vox ipsa satis indi
tem Maleficium quidquid improbè admissum
ſ. fam. furt. fec. unde Maleficus, malitiosus, pernici-
osus, Scelestus, improbus, qui alteri nocet & insigne damnum in
fert. Juris interpretes Maleficium à crimine solent distinguere,
ita ut per Maleficium privata tantum delicta; velut furtum rapi-
nam, &c. intelligant; per crimina vero; facta atrocia, quibus Resp-
insigniter læditur. Grotius ad huc longius abit & definit Malefi-
cium per culpam omnem simpliciter sive in faciendo sive in omit-
tendo consistat l. b. 2. d. I. B. & P. c. 17. n. 1. Sed videtur abuti vo-
cabulo culpæ, cum tali acceptione etiam illi, qui contractum non
servant, vel qui per ignorantiam aliquid faci-
Maleficium committant; ceterum hoc non est perpetuum,
quibus hæc vocabula in jure confundantur, sic ut Malefi-
cia

cia tam pro delictis publicis & enormibus, quam privatis promiscuè usurpentur *d. l. 1. ff. si fam. furt. fec. l. 15. ff. ad l. Aquil. l. 16. §. 9. ff. de pœnis* & denique infinitis locis aliis. Videtur autem error inde profluxisse, quod æqui vocationem, quæ in vocabulo Maleficij latet non deprehenderint; aliquando enim sumitur pro vitiosa actione, quatenus ex injustitia universali profluit, & in hac significatione omnis generis delictis tam privatis quam publicis tribuitur; modo vero sumitur pro invita quadam commutatione seu actu quo in bonis externis alter læditur, & sic privata tantum delicta denotat. Quod cum ita sit, non malè quoque fecerimus, si & in præsenti materia hoc vocabulum latè sumamus atque omnis Generis delictis indifferenter applicemus, idque eo libentiùs, quod video, apud optimos quoque Scriptores hanc vocem de omnis generis delictis tam publicis quam privatis promiscuè usurpari.

II. Succedit vox cœpti. Est autem cœptum seu inceptio nihil aliud quam principium actionis Ein Anfang oder Fürnehmen/ Græcè ἀρχὴ, ad quem sensum benè Cicero in Catilina: *Cujus ego si non modo factum, sed inceptum ullum conatumve contra patriam deprehendero*; & Terentius in Eunucho: *O. Parmeno, O mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector.* Eleganter Gallicè dicitur *entrepreneur* in ceptor Germ. Der sich etwas unterstehet zuthun oder ins Werck zurichten; ab hoc igitur deducitur frequentativum, incepto, quod Germanice exprimitur embsig anfahen unde Terentius vah! *video quod inceptet facinus.* Voces Synonimæ sunt: inchoare, niti, experimentum facere, moliri, machinari, conari tentare, quæ verba, præter voluntatem etiam actum aliquem externum indicant.

CAPVT II.

Generalia tractationis, Descriptionem maleficij cœpti, ut & divisiones ejus exhibens.

THESIS I.

EST autem maleficium cœptum nihil aliud, quam *Factum manifestum ad nocendum comparatum*; In qua descriptione consi-



39. Dicitur porrò in definitione *manifestum*, quod est primum requisitum formale, idque expressè constitutio Carolina requirit *art. 178. verbis* So sich jemandt einer Missethat mit ehrlichen **scheinlichen** Wercken die zuvollenbringunge derselben Missethat dienlich sein mögen / unterstehet. Excluduntur igitur hic facta occulta, antequam enim manifestum sit factum, de eo cognosci nequit, id quod eadem vult constitutio criminalis *art. 6. verbis*. Es sein dan zuvor redlich und gnugsahme anzeigunge derselben Missethat gläubwürdig auff jhn gebracht. idem *art. 7. & 8. 20.* constituit Imperator, wo nicht zuvor redliche anzeigungen der Missethat wornach man fragen wolte verhanden und beweiset würden / soll niemand gefraget werden. Quod verbum redlich idem est ac supra scheinliche Wercke id est manifesta, quod si de eo non constet, ex propria confessione nemo condemnandus, adèò manifestum requiritur. *d. art. 20. l 21. ff. de quæst. l. 2. 3. & 4. C. si ex fals. instrum. Mynsing. 5. obs. 23. Farin. quæst. 63. c. 2. n. 37.*

III. Alterum requisitum formale est, ut sit *ad nocendum comparatum.* Nocere autem hic est delinquere, quod Aristoteli nihil aliud est quam nocere sponte contra Leges; per hoc igitur à factis cum indifferentibus, tum, illis, quæ per imprudentiam fiunt distinguitur, quod fieri omninò debebat; Nisi enim quis ad nocendum vel delinquendum sponte feratur, factum non esset moraliter malum. Cum autem illud nocere non solum cœptis maleficiis conveniat, sed etiá consummatis commune sit, igitur aliquid quærendum, quod differentiam specificam inter hæc constituat, quapropter additur in definitione *comparatum*. Comparare autem hoc loco nihil aliud est quam præparare, ordinare, instruere vel machinari Germ. Zurüsten zubereiten / anrichten / anstifften Gallicè dicitur *former un des* se in Inde Comparatio idem est ac Præparatio, instruction eine zurüstunge/ zubereitung/ Sic. Cicero pro. *L.* Manilia *Comparatio* id est præparatio; quando igitur factum aliquod instruitur vel comparatur, est ad huc saltem in fieri, non vero in esse suo constitutum; hoc igitur verbo hujus generis maleficia â delictis commissis & Perfectis distinguuntur.

IV. Di-

dum humanum processit. *Grot. de I.B. & P. l.2. c.20.* Causa pellens externa, quæ intentionem agentis ad delinquendum movet, sunt personæ delicti hujus Participes, quæ invitant ad delinquendum; Promovent autem eam maximè & quidem directè consilium dans, Mandans, auxilium præstans; indirectè verò dans, approbans, non dissuadens cum dissuadere debeat, retinquodcunque notum facere debeat &c. de quibus infra latiùs

III. Dictum supra, causam efficientem principalem vel remotam vel propinquam Remota causa est lex, quinatum horum criminum notat. *arg. l. 13. ff. d. his qui not.* notatione enim Legis delicta cœpta discernenda veniunt quibus supra in divisione actum. Sequitur jam causa proximaleficiorum quæ est voluntas delinquendi *l. 38. §. 1. ff. ad de adult.* Cæterum animadvertendum est voluntatem instro ambiguè sumi 1. strictè ac proprie pro nuda mentis cogitatione, atque ita intelligendum est illud *Aul. Gellij. l. 7. c 3* in Judicium facta non voluntates vocari. 2. latius & magis priè, pro actu aliquo ad delictum perpetrandum directo significatione accipitur in. *l. 7. C. ad L. Iul. Maj.* ubi dicitur dem severitate voluntatem delicti, qua effectum proximum voluisse; & Imperatores Arcadius & Honorius voluerunt tereſſe inter ambitum cœptum & perfectum, cum parem scelus qnam sceleris puniant voluntatem. *l. 1. C. Theod. 26. ad L. Iul de ambit.* Ubi clarè innuitur, voluntatem intelligi, quæ ad externos actus processit, & in hoc posificatu accipiendas esse supradictas leges vult *Cujacius sit. C. de furtis.*

IV. Quemadmodum autem voluntas ita quotionis vocabulum in Jure non eodem modo sumpro mentis conceptu, & secundum hanc accepgenda est *lex 18 C. de pœnis.* 2. latè, quæ cum factono conjuncta est *d. l. 5. §. 4. ad Iul. Mai.* quæ ambrectè observantur, in multas inexplicabiles errordeducent, unde nos expedire difficile erit. In
voluntatem delinquendi causam efficientem pro

ad judicem istius loci, ubi maleficium initium cœpit, quam ad judicem loci ubi crimen perfectum est, cognitio ejus delicti spectet. *l. 1. C. ubi de crim. ag. oport.* Sic ut operetur præventionem. Brunneman. *in Comm. ad C. d. t. n. 16. 17. 18.* Perez. *in Comm. ad h. t. num. 6.*

VI. His ita declaratis alia se offert difficultas circa consilium, quod in Jure nonnunquam pro voluntate accipitur, uti patet ex *l. 5. C. ad L. Iul. Mai*, sed hoc non pro voluntate simplici propriissimè ita dicta, nec proactu ad factum aliquod tendente, sed pro consultatione ac deliberatione accipitur in *l. 10. ff. de alien. Iud. mut. caus. fact. 2.* interdum pro concluso & decreto hujusmodi consultationis sumitur *l. 2. §. 1. ff. mandat. l. 47. ff. d. R. I.* Et sic cum proæresi convenit. In hac posteriori acceptione consilium est vel fraudulentum seu malignum; vel non fraudulentum; & ex hoc nulla oritur obligatio nec actio, cum cuique liberum sit, explorare, an sibi expediat consilium *l. 48. §. ult. ff. Mandat.* Nos loquimur hic de fraudulento, quod est vel instructivum, quo quis ad delinquendum impellitur (& est idem cum eo quod supra causam delicti impulsivam constitui) vel est directivum, quod ab altero dirigitur; vel communicativum; ubi socii criminum seu complices consilia inter se communicant, Dn. Tabor. *racemat. crim. 2. th. 49.* quæ postrema species consilii ad crimen cœptum vel attentatum proximè accedit, cum non tantum simplex cogitatio subsit, sed etiam cogitatum decreto ac concluso verè approbatum fuerit, idque consilio jam cum altero communicato. Hujusmodi igitur consilium alteri communicatum licet nullum factum externum ampliùs accedat, in crimine perduellionis & Majestàtis in specie ita dicto, eodem modo habetur ac si crimen hoc reverâ perpetratum sit, id quod maximè singulare est in hoc crimine, aliàs consilium ipsius delicti pœna regulariter non vindicatur, nisi eum lex consilio nominatim vel expresse talem pœnam assignaverit; Sic lege Julia de vi publica tenetur, qui Seditionis causa tantum consilium inierit.

VII. Observandum autem, unum præ altero magis esse voluntarium, qua propter accuratè discernendum est, utrum voluntas

CAPVT IV.

THESIS I.

Quibus delicta attentantur.

Quæ delictum possint excusare.

Quæ delictum consequens.

Quibus personæ delicta commit-

Quæ nemo

Quæ crimina vel delicta reve-

Quæ personæ autem

Quæ non sunt destituti, sic d-

Quæ igitur sint conditionis vel sexus

Ex quibus liquet non delinquere &

Quæ ætas in fantes l. 12. ff. ad L. corn.

Ipsorum, quid videat ignorare. l. 1. C.

Quando doli capaces sunt & pe-

Idque Judeis arbitrio re-

Attentare possunt, idque suppleat. Ea

Autem, quando delinquere non possunt furiosi,

Malitia ætatem sæpè l. 40. ff. d. R. I. nec

Delinquere non possunt furiosi,

Nulla fit voluntas l. 40. ff. d. R. I. nec

Sed pro mortuis habeantur

Horum malitiam, delinquere non possunt furiosi,

Eorum nulla fit voluntas l. 40. ff. d. R. I. nec

Sed pro mortuis habeantur

Dilucido furoris intervallo id

II. An autem crimen à civitate corpore, collegio, vel universitate attentari queat, ita ut propterea obligetur, meritò in disquisitionem venit? id quod affirmativè statuendum est, *arg. auth. nulla communitas C. de Episc. & cler. arg. l. 9. §. 1. ff. quod met. caus. Magir. de advoc. armat. c. 16. n. 766. cum. seqq. Grot. de Iure B. & p. l. 2. c. 1. n 6.* ubi expressè dicit, quod etiam ob delicta cœpta licet non consummata civitatibus vel superioribus jus sit bello se invicem ulcisci. Licet autem universitas per se nomen Juris sit, ita, ut nec intellectum nec animum habeat *l. 7. ff. quod cuiusc. univers. nom.* & consequenter nec dolo uti *l. 15. ff. de dolo mal.* neque consentire intelligatur. *l. 1. §. ult. ff. de acquir. vel amitt. possess.* quatenus tamen ex civibus ratione præditis constat, qui universitatis vel civitatis corpus repræsentant, corpus & anima ex multitudine animata collecta & composita ei affingitur, ratione cujus vicem personæ obtinere dicitur.

III. Quemadmodum autem nemo de civitatum negotiis certi quid judicare potest, nisi cognitum habeat, quâ forma & gubernandi ratione quævis Resp. vel civitas utatur, Ita quoque is, qui judicaturus est, an & quatenus universitas ex delicto teneatur, statum istius Reipubl. probè perspectum & exploratum habebit; si igitur administratio est tota penes plebem, totius plebis consensus intervenire debet, quod fit, quando omnibus ejus civibus, per usitatũ modum vel signum aliquod convocatis totus populus vel maxima pars congregata fuerit, & habito consilio majoribus votis ad aliquid committendum vel faciendum decreverit. *l. 3. ff. quod cuiusc. univers. nom. l. 3. ff. de decret. ab ord. fac.* hujusmodi igitur consensu deficiente, civitas non tenetur, nisi consuetudine receptum aut statuto cautum sit, ut ex facto administratorum velut tribunorum plebis, consulum, aut aliorum, qui totum populum repræsentant, omnes cives obligentur, quod si contingat, ut per hęc in damnum incidat, tota universitas sibi imputet, quod tales sibi præfecerit, cum inconsulta eorum electio causa ejus fuerit. *arg. l. 1. ff. de exercit. act.* In optimatum statu, ubi potestas penes proceres, regulariter totius populi consensu, præter eos, qui de Rep. revera participant, ad obligationem indu-

it; in cujus enim manu est ut prohibeat, jubet agi, si non prohibet admitti, & potestas magna, quæ prohibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur Perpetrari. Salvian. de regib. Et præclarè Cicero *l.* 1. *offic. in justitiæ*, inquit, *duo genera sunt; unum eorum, qui inferunt; alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possunt, non propulsant Iniuriam.* Et mox *qui autem non defendit nec obsistit, si potest, Iniuriæ, tam est in vitio, quam si parentes, aut patriam vel amicos deserat.* Simili modo, si civitas aliqua receptum præstet facinorosis ob delictum aliquod perpetrandum profugis, similiter ex receptu tenetur, proximi enim sunt transfugis, á quibus transfugæ recipiuntur. Grot. *de I. B. & p. l.* 2. *c.* 20.

IV. Ex dictis igitur constat civitatem adhibito legitimè consensu populi vel eorum qui summam in ea potestatem habent, posse aliquando delinquere attentando saltem crimen, & per consequens incommodum aliquod loco pœnæ sustinere, velut amissionem libertatis, Jurium, & Privilegiorum, per quæ etiam singuli innocentes puniuntur, non tamen qua singuli in re propria, sed in re, quæ ad eos non pertinet nisi per universitatem quatenus illius corporis membra sunt. *Grot. l.* 2. *de I. B. & P. c.* 2. *n.* 10. *in fin. Gail. de pac. publ. lib.* 2. *cap.* 9. *num. Cels, Bargalus de dolo lib.* 3. *c.* 1. *n.* 57. *Iul. Clar. in pract. crim. quæst.* 17. *num.* 8. non enim plectitur universitas, ut de singulis ordine pœna repetatur, cum enim hæc Jure constet, adhiberi debet ea pœna, quæ jus illud adimat; ut si immunitatibus privetur, si mœnibus nudetur, suis magistratibus & legibus interdicatur, & quæ hujsmodi sunt similia.

CAPVT V.

De objecto, Forma, & Fine tractans

THESIS I.

VErsatur autem hæc nostra materia circa facta illicita non secus ac quævis delicta, cum hac tamen restrictione quatenus sub notationem legis cadunt; Excluduntur igitur hic talia facta, quæ licet attentata sint, nullum tamen respectum habent sive directò sive indirectò ad societatem humanam *Gvet. l. 2. de I. B. & p. c. 20.* Quemadmodum autem virtutes & leges quæ juxta Aristotelem nihil aliud sunt quam virtutes armatæ, triplici modo se habent nimirum 1. respectu Dei 2. in ordine ad seipsum, 3. Intuitu proximi, ita quoque facta illicita tanquam vitia his opposita eundem respectum habent, & tripliciter considerantur; nimirum 1. ad versus Deum committitur Sortilegium, hæresis, sacrilegium, Simonia 2. adversus seipsum sunt intemperantia & delicta carnis, 3. adversus proximum sunt illa delicta, quæ committuntur contra Iustitiam particularem commutativam, quando unicuique non tribuitur, quod ipsi ex bonis externis debetur. Sunt autem bona externa juxta Aristotelem *1. Eth. 8. & 2. Rhet. 3.* itidem in triplici differentia, nimirum Corporis, animi, & fortunæ; Ratione bonorum corporis nocetur proximo in juria reali, ut homicidio, verberibus &c. Ratione bonorum animi nocetur ei corrumpendo filium filias vel servum, &c. Ratione bonorum fortunæ nocetur ei furto, incendio, rapina, & quacunque aliâ ratione bona ejus imminuuntur vel deteriorantur. Ceterum non omnes hæ delictorum species objectum hujus nostræ tractationis constituunt, sed hæ tantùm, quarum solus conatus sub notationem legis venit, quæ autem tales sint, intra latius apparebit.

II. Formam quod attinet duo illi requisita in sunt 1. Quod attentatio horum criminum debeat esse manifesta 2. ad nocendum præparata vel instructa. Tò nocere enim maleficia ab illis delictis, quæ culpa, vel per imprudentiã aut per ignoran-

tiam

III.

Quemadmodum autem efficens causa propter fi-
optimus & finis causa, efficiens, cujus gratia aliquid fit; omnibus
tem unus in genere finis propositus, nimirum boni alicujus
tia laborare, sive id revera bonum sit, sive operantis opin-
bonum, ita alius est in singulis actionibus particularis finis,
unus sed multiplex, qui tamen omnes ad unum aliquem
dunt, qui est omnium perfectissimus ac potissimus, pro-
sequendi actio, nulli alteri communis, quo demum

C 2

consecuto cessat ab opere efficientis actio ; idem quoque in hac materia accidit, ubi finis est vel proprius & ultimus, cujus gratia facinus perpetrandum quis in se recipit, & in quo machinans crimen subsistit, nec in eo amplius progreditur, cum non habeat vel induat rationem medii ad alium finem ordinati; vel denique est intermedius, subordinatus ultimo isti fini ad quem tendit, cujus etiam respectu instar medii se habet, & horum multi possunt in delicto concurrere qui tamen omnes ultimo delinquentis fini subserviunt. Antequam igitur ultimus finis operantis constet, de conatu utrum sit proximus vel remotus non est Judicandum, quod si de eo appareat tum demum de illo statuendum; Quo propius enim accedit vel longiùs abest à fine ultimo, eò magis quoque vel minùs perfectionem criminis attingit. Sic potest fieri, ut actio aliqua externa in se & absolutè considerata perfecta appareat, ita ut ad ejus implementum nihil amplius requiri videatur, respectu tamen habito ad finem ultimum & propositum delinquentis, est medium saltem ad finem obtinendum accommodatum, qui finis aliàs in se consideratus delictum perfectum constitueret. Exemplum hujus dabit lex *un. C. de rapt. virg.* hujus criminis finis ultimus est ut raptor flagitio potiatur, raptam carnaliter cognoscendo, antequam autem hunc finem assecutus fuerit raptor, forsan impeditus, crimen quadantenus imperfectum est, licet jam raptum commiserit, quanquam raptus ad criminis consummationem proximè accedat, sic ut in se & abstractivè consideratus citra respectum istius finis, quem sibi propositum habet delinquens, delictum ipsum constituere videatur, de quibus infra pluribus dicetur. Hinc apparet ex intentione & fine delinquentis æstimandum esse, num actio externa delictum ipsum constituat, an vero solum intra terminos conatus subsistat, quæ si nondum ad ultimum finem processit, delictum quoque consummatum dici nequit.

IV. Licet autem hic finis primum à delinquente intendatur, & ad eum obtinendum media ad illum conducentia sedulò adhibeat; fit tamen sæpiùs, ut hujusmodi attentata detegantur, vel aliàs quis ab opere cœpto impediatur, quo—

VI.

his quicquam effectu exellentiori tanquam eò magis, quia in his tam

pliciter, ut, qualis nam sit

ad tractationem singulorum maleficiorum, nece

Vocabulum pœnæ esse ambiguum; I. Sumitur pro

non ita consideratur, sed sufficit, si expediat Reip. tale fa

ita puniri; Aristoteles l. 2. Polit. c. vlt. Proportio enim il

debet esse inter delictum & pœnam non spectata absolutè &

materiam delicti, sed habet respectum ad finem hunc ut so

tas humana sit salva, quapropter necesse non est, ut materia

C 3

ẽxactè respondeat materiæ culpæ, sed ex fine ultimo bono Publico, item transgressione Legis & inobedientia æstimanda est. Sutholt *diff. 16. th. 37.* Ergo potiùs ad justitiã universalem referenda; quippe quæ spectat Conservationẽ totius humanę societatis. Cum igitur pœnæ infligantur in respectu ad Remp. necessario sequitur, quod eo usque augeri debeant, donec sufficiant ad deterrendos homines ab ejusmodi delictis, quæ pugnant cum salute Reip. Sic ut etiam pro minimo delicto, quod Societati noxium deprehenditur licet haut consummatum sit, gravissima pœna injungi queat; cujus exempla infra dabimus. Sic quoque crescentibus delictis crescunt pœnæ, nam non nunquam evenit ut aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties nimirum multis personis grassantibus exemplo opus est. *l. 16. §. 10. ff. de pœnis* quin eadem scelera in quibusdam locis gravius, alibi mitiùs puniuntur *d. l. 16. §. 9.* Sic in rebusp. oligarchicis, si sint injurij in plebem, quam si plebs in oligarchicos quid commiserit; hoc enim facit ad conservationem status oligarchici, prout egregiè id docet Aristoteles *l. 5. Polit. c. 8.*

II. Ex his constat Pœnas non esse semper æquales sed prout id requirit status & conditio Reip. ita quoque pœnas in illis diversas obtinere, quæ etiam causa est, quare Aristoteles cognitionem criminum capitalium & quæ eam insequuntur condemnationem vel absolutionem potiùs ad consultationem vel deliberationem quam ad judicia referre voluerit *l. 4. Polit. c. 14. in fin.* 2. Sumitur pro eo quo inæqualitas corrigitur, & hoc modo accepta ad justum particulare refertur; hæc autem correctio fit dupliciter 1. quo pervestigamus magnitudinem delicti ex circumstantiis, hac æstimatione perspecta, tantum lædenti detrahimus & læso iterum addimus absque ullo personæ respectu, idque secundum proportionem Arithmeticam; Eleganter hanc æstimationem vocat Grotius intrinsecam pœnæ taxationem, uti alteram, quæ infligitur in respectu ad Remp. extrinsecam appellat.

III. Ex quibus patet, personarum respectum hic non haberi primariò & per se ratione ipsius personæ, sed saltem per

acci—

ſ. ſunt circumſtantiæ &c.
ad delictorum dijudican.
conditione & qualitate
ejus ſubſtantiam
ere propor.
alicujus exi.
eſt diverſi.
ſcilicet &
eadem pœ.
nis perſo.
quo ſæpis.
portentur,
ſtimo ſup.
l. pen. ff.
de pœnis.
jus
ribus per.
narrati.
m vel in
fines ad
ſtertias
Ex
pœnis
ſipſa
Org.
ſeri
dare
Qui
hujus
utilis
ſu
n
priores Cicero
contra delinquendum tardiores & Plato l. 34. In Ge
omnem qui aliquo rectè punitur vel ipſum
illi pœnas aſpicientes meliores efficiantur,
tem extrema injuſtitia laborant ac propter
dant pœnas ſed inexemplum aliorum è medio tollendi
vel ita conſtringendi & debilitandi, ne ampliùs poſſint
cere. IV. Hæ autem cauſæ ſcilicet Punitio & damni repa
ſeu inæqualitatis correctio plerumque conjunctæ ſum
qua

quando ſcilicet actus vitioſus fuit, & damnum reipſa datum eſt, & ex his duabus qualitatibus duæ diverſæ naſcuntur obligationes; in hac autem materia delictorum, ubi attentata criminum quoque pœnis ſubiacent, cum in his ſæpè damnum nullum datum ſit, reparatio damni vix locum invenit, delicto enim non conſummato, damnum vel nullum erit vel exiguum & minus eo, quod ex delicti provenit perfectione. Meritò igitur primum locum obtinent delicta conſummata quoad pœnam imponendam, poſtremum, quæ ad actus aliquos ſed non ad ultimum actum proceſſerunt, in quibus tamen tantò quidque gravius reputatur, quo ulteriùs proceſſit. *Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 20.* cum igitur perfecta delicta ſemper ſint imperfectis majora, ſequitur quod regulariter mitior pœna delictis attentatis irroganda ſit *l. ſi quis aliquid §. 1. ff. de pœn. l. 1. §. 1. ff. de extraord. crim. Gail. de pac. publ. l. 1. c. 14. n. 16.*

V. Ceterum non omnis perverſa voluntas facto jam aliquo externo indicata pœnæ locum relinquit, præſertim ſi delictum ipſum, in quod affectus incidit, non ſit ita comparatum, ut per illud Reip. grave vel inſigne detrimentum ſentiat, vel per id ſecuritas publica violetur, ſi enim imbecillia ſeu levia delicta licet opere completa pœnis non ſemper obnoxia ſint, multo minùs conatus eorum puniendus erit.

VI. Vt autem de punibilitate horum maleficiorum certi quid conſtet, ſequentia erunt obſervanda 1. Conatus ſeu intentio agendi in ſola cogitatione conſiſtens nec ordinaria delicti pœna neque extraordinaria in foro civili puniri debet *Fr. Suarez. de l. l. 3. c. 13. l. 46. §. 8. ff. de furt.* Ratio hujus eſt, quod in foro externo pœnam non mereantur, quæcunq; civilem cœtum non turbant 2. Conatus actui externo ad maleficium directo accedens, pœnis civilibus obnoxius eſt; In hac poſtrema regula ſequens diſtinctio erit obſervanda. Vel enim reſpectu agentis delictum eſt conſummatum, ita ut à parte, ejus quantum ipſo fuit pro verè perpetrato habeatur, & à parte patientis ſolum quid intervenit, ob quod inſtar conatus ſe habeat, & hoc caſu conſiderandum, an abſolutè patientis voluntate quid fiat, & quamvis

juxta



dum rectam rationem se habere vix dubitandum; facit huc illud Ciceronis pro Milone *Nisi forte*, inquit, *quia res perfecta non est non fuit punienda. Perinde quasi exitus rerum, non consilia hominum legibus vidicentur, minùs dolendum fuit, re non perfecta, sed puniendum certè nihilominus*; item illud Senecæ *injuriam qui facturus est jam facit.* Et hoc modo punitur qui immediate in propriâ persona maleficium attentatum committit.

VII. Cæterum cum hæc rarò sine aliorum instigatione & opera perficiantur, non immeritò disquiritur, quomodo hi puniendi sint, qui agentem ad maleficium perpetrandum impellunt; Diximus autem suprà, ubi de causa impellente horum maleficiorum egimus; alios esse directò tales, alios qui secundariò & per indirectum hoc faciunt, idq; vel committendo vel omittendo. Directô & quidem faciendo invitat ad delinquendum, qui jubet, mandat, qui auxilium & opem præstat, qui consilium suggerit vel suadet, aut receptum præstat; qui approbat, consensum præbet, item laudat intentionem delinquentis. Secundariò tenetur qui cum injuriam patienti opem ferre debeat, non fecit, vel alias non impedit factũ quod impedire poterat, vel cũ quis ex jure propriè dicto teneatur vetare, non vetat, non disuadet, cum dissuadere debeat, qui factũ reticet, quod notum facere teneatur; & hi omnes quia delicti participes se faciunt, ex eo tenentur, licet ad maleficia ad huc inconsummata accesserint, dummodo talia sint, quorum sola attentatio lege notatur. Jus Canonicum ad tres gradus hæc revocat, primus est eorum, qui malum faciunt: Secundus, qui facientibus malum consentiunt; tertius, qui malum non avertunt, si possunt & delinquentes non corrigunt. *text. incap. ita plane 6. quæst. 4. text. in c. tria 12. distinct. 45.* Vt autem de facientium & consentientium obligatione & pœna aliquatenus constet, ex jurè repetendum consensum esse quadrifariam; Primò est consensus negligentiæ, quando quis delictum impedire potest nec facit, minus autẽ peccat negligens quam faciens *text. inc. qui potest 8. item 11. q. 3.* Secundo est consensus consilij, si quis consilio delictum adjuvat, & tunc distinguendum, utrum consultor sine

huius

mandato, tussu, vel consensu autoritatis,
mandatarius absque mandato libera
delictum, tunc ictetum
non solum ipse consulendo peccat, sed etiam
Bartol. in l. non Solum §. si mandaro n. 2. 3. 4. 5. &c. ff.
auxiliator vel consultor accedant ad maleficium, quod
perfectum est, modo conatus istius delicti, in quod
ferentur, à lege punibilis sit declaratus, æquali pœna affi
tur, qua ipse principalis arrentans afficiendus venit. l. un.

AD DIEM XXVI MAII

ANNAM IOHANNAM LOCKE

EMERITAE PROMISSIONIS EXPERTEM

IN SUE FIDE SUMME EX BONO

FACTITATAE PROFUNDEMQUE DE

DEO

RE BIBLICA DECANO PROFESSORE ORDINARIO

DIVERSORUM PROFESSORE ORDINARIO

DIVERSORUM FACULTATUM

COMMENTARIORUM ET NOBILISSIMO

PRAESIDE

IN ALMA STUDIORUM

ACADEMIA

EX DECRETO ET AUCTORITATE

DEO AUSPICE

COELIS MYTHOLOGUS

DISSERTATIO THEOLOGICA INAUGURALIS



que dignoſci ſæpè nequit, propterea 1. quia tanta occurrit varietas circumſtantiarum, quæ factum gravius aut mitiùs puniendum ſuadent; in moralibus enim circumſtantiæ mutant negotia; præterea nonnullæ res in moralibus ſunt quaſi extrema; aliæ vero intermedia: aſt quia hæc de extremis aliquid participant, dummodo ad hoc modo ad illud extremum propius accedunt, hæc quidem ſatis expedita ſunt, verũ intermedia difficultate non carent, quemadmodum in dolo & caſu fortuito perſpicuum eſt videre, inter quæ velut extrema, culpa (dum neque ſcientis & volentis neque merè ignorantis & inviti dici poſſit,) interpoſita eſt, ſic ut ex utroque velut conflata eſſe videatur, dum de utriuſque natura quicquam participat, unde evenit, ut dolus pœnam ſemper mereatur, & ad reſtitutionem damni obliget, mera in fortunia ſeu caſus fortuiti ad nihil horum; culpa autem velut media interdum pœnam mereatur & reſtitutioni obnoxia ſit, interdum non, prout ſcilicet dolo vel caſui fortuito propior eſt vel remotior. Verum hoc ipſum medium quod Ariſtoteles ἀμάρτημα, interpretes culpam vocant, cum ſit tantæ latitudinis, neceſſe fuit ad certitudinem aliquam huic rei afferendam certos gradus invenire, nimirum diſtinguendo culpam in latam, levem & leviſſimam; imò quidam inter quos & Bartolus ulterius progreſſi, eam in quinque partes partiti ſunt, neque tamen difficultatem omnem removerunt; Facile quidem fuit in genere talia ſtatuere, verùm in applicatione ad factumſeu caſus obvenientes tanta difficultas in his reperitur, ut vix quid ſit intricatius, de quo mea quidem ſententia nemo rectius judicaverit, quam qui judiciis

3. Polit. cap. 12. Has igitur ob ea
Permittit, pleraque legibus determin
lima vero iudicis arbitrio relinquat; quod
sens certè Romani religiosè observarunt,
hil æquè magis curæ fuit, quam ut quantum
potuit, omnia legibus determinarent, easque
obtervandas & secundum eas pronunciandas
ftratibus & præsidibus suis gravissimâ simul
pœna injungerent. Nov. 24. c. 2. Nov. 82. c. 2. N. 26. c. 2.
N. 86. c. 1. & 3. N. 113. c. 1. N. 125. c. 1. Mirum pro
fieri debet illorum judicium, qui jus Romanu
A 3

titudine Legum laborare, easque ut signum ægræ ac corruptæ istius Reip. considerant, id quod obiter monendum fuit. Licet autem plerisque negotiis in Jure Romano peculiares leges sint præscriptæ, quas Iudices sequi debeant, ne in judicando aberrent, in tanta tamen negotiorum præsertim verò delictorum frequentia & concursu novis casibus subinde emergentibus (cum natura novas semper formas edere properet) evitari vix potuit quin quædam legibus indefinita relicta sint, id quod maximè in criminibus attentatis animadvertere licet, quorum pleraque Iudicis arbitrio punienda commissa sunt, idque non vitio Legislatorum, sed potiùs materiæ hujus conditioni adscribendum, quippe quæ non patitur certi quid circa eam statuere; cum enim & hæc interjecta sit inter cogitationem nudam & factum externum consummatum, & quidem tanta latitudine, determinatio circa hanc admodum est difficilis; Interim Romani LLatores huic difficultati mederi cupientes, quo magis Judicis arbitrium constringerent ac coärctarent, & quoad fieri potuit, etiam in hoc genere nil quicquam indeterminatum relinquerent, in aliquibus delictis non solum atrocioribus (ut quidam falsò existimant.) sed & in levioribus quibusdam solam attentationem notare voluerunt, ita tamen, ut & in his gradus remotionis & propinquitatis conatus à perfectione veri criminis observent, & juxta has pœnas commensurent. Quorum vestigiis etiam posteâ Glorioßissimus Imperator, Carolus V. insistens, in Ordinatione criminali eadem ferè quoad affectum puniendum obsetvavit; Tantum igitur abest ut hac in parte quicquam juri com-



cia tam pro delictis publicis & enormibus, quam privatis promiscuè usurpentur *d. l. 1. ff. si fam. furt. fec. l. 15. ff. ad l. Aquil. l. 16. §. 9. ff. de pœnis* & denique infinitis locis aliis. Videtur autem error inde profluxisse, quod æquivocationem, quæ in vocabulo Maleficij latet non deprehenderint; aliquando enim sumitur pro vitiosa actione, quatenus ex injustitia universali profluit, & in hac significatione omnis generis delictis tam privatis quam publicis tribuitur; modo vero sumitur pro invita quadam commutatione seu actu quo in bonis externis alter læditur, & sic privata tantum delicta denotat. Quod cum ita sit, non malè quoque fecerimus, si & in præsenti materia hoc vocabulum latè sumamus atque omnis Generis delictis indifferenter applicemus, idque eo libentiùs, quod video, apud optimos quoque Scriptores hanc vocem de omnis generis delictis tam publicis quam privatis promiscuè usurpari.

II. Succedit vox cœpti. Est autem cœptum seu inceptio nihil aliud quam principium actionis (Ein Anfang oder Fürnehmen) Græcè ἀρχὴ, ad quem sensum benè Cicero in Catilina: *Cujus ego si non modo factum, sed inceptum ullum conatumve contra patriam deprehendero*; & Terentius in Eunucho: O. Parmeno, O *mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector*. Eleganter Gallicè dicitur *entrepreneur* in ceptor Germ. Der sich etwas unterstehet zuthun oder ins Werck zurichten; ab hoc igitur deducitur frequentativum, incepto, quod Germanice exprimitur anfahen unde Terentius vah! *video quod inceptet facinus*. Voces Synonimæ sunt: inchöare, niti, experimentum facere, moliri, machinari, conari tentare, quæ verba, præter voluntatem etiam actum aliquem externum indicant.

CAPUT II.

Generalia tractationis, Descriptionem maleficij cœpti, ut & divisiones ejus exhibens.

THESIS I.

EST autem maleficium cœptum nihil aliud, quam Factum v
nisestum ad nocendum comparatum; In qua descrip



39. Dicitur porrò in definitione *manifestum*, quod est primum requisitum formale, idque expresè constitutio Carolina requirit *art. 178. verbis* So sich jemandt einer Missethat mit ehrlichen scheinlichen Wercken die zuvollenbringunge derselben Missethat dienlich sein mögen / unterstehet. Excluduntur igitur hic facta occulta, antequam enim manifestum sit factum, de eo cognosci nequit, id quod eadem vult constitutio criminalis *art. 6. verbis*. Es sein dann zuvor redlich und gnugsahme anzeigunge derselben Missethat gläubwürdig auff jhn gebracht. idem *art. 7. & 8. 20.* constituit Imperator, wo nicht zuvor redliche anzeigungen der Missethat wornach man fragen wolte verhanden und beweiset würden / soll niemand gefraget werden. Quod verbum redlich idem est ac supra scheinliche Wercke id est manifesta, quod si de eo non constet, ex propria confessione nemo condemnandus, adèò manifestum requiritur. d. art. *20. l. 21. ff. de quæst. l. 2. 3. & 4. C. sicx fals. instrum. Mynsing. 5. obs. 23. Farin. quæst. 63. n. 2. n. 37.*

III. Alterum requisitum formale est, ut sit *ad nocendum comparatum.* Nocere autem hic est delinquere, quod Aristoteli nihil aliud est quam nocere sponte contra Leges; per hoc igitur à factis cum indifferentibus, tum, illis, quæ per imprudentiam fiunt distinguitur, quod fieri omninò debebat; Nisi enim quis ad nocendum vel delinquendum sponte feratur, factum non esset moraliter malum. Cum autem illud nocere non solum cœptis maleficiis conveniat, sed etiá consummatis commune sit, igitur aliquid quærendum, quod differentiam specificam inter hæc constituat, quapropter additur in definitione *comparatum*. Comparare autem hoc loco nihil aliud est quam præparare, ordinare, instruere vel machinari Germ. Zurüsten zubereiten / anrichten / anstiffren Gallicè dicitur *former un des se in* Inde Comparatio idem est ac Præparatio, instructio eine zurüstunge / zubereitung / Sic. Cicero pro. *L.* Manilia *Comparatio* id est præparatio; quando igitur factum aliquod instruitur vel comparatur, est ad huc saltem in fieri, non vero in esse suo constitutum; hoc igitur verbo hujus generis maleficia à delictis commissis & Perfectis distinguuntur.

IV. Di

dum humanum processit. *Grot. de I.B. & P. l. 2. c. 20.* Causa impellens externa, quæ intentionem agentis ad delinquendum promovet, sunt personæ delicti hujus Participes, quæ invitant ad delinquendum; Promovent autem eam maximè & quidem directè, consilium dans, Mandans, auxilium præstans; indirectè verò laudans, approbans, non dissuadens cum dissuadere debeat, reticens quodcunque notum facere debeat &c. de quibus infra latiùs.

III. Dictum supra, causam efficientem principalem esse vel remotam vel propinquam. Remota causa est lex, quæ conatum horum criminum notat. *arg. l. 13. ff. d. his qui not. inf.* ex notatione enim Legis delicta cœpta discernenda veniunt, de quibus supra in divisione actum. Sequitur jam causa proxima maleficiorum quæ est voluntas delinquendi *l. 38. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult.* Cæterum animadvertendum est voluntatem in Jure nostro ambiguè sumi 1. strictè ac propriè pro nuda mentis cogitatione, atque ita intelligendum est illud *Aul. Gellij. l. 7. c. 3 noct. Att.* in Judicium facta non voluntates vocari. 2. latius & minus propriè, pro actu aliquo ad delictum perpetrandum directo in qua significatione accipitur in. *l. 7. C. ad L. Iul. Maj.* ubi dicitur, eadem severitate voluntatem delicti, qua effectum puniri, jura voluisse; & Imperatores Arcadius & Honorius volunt, nihil interesse inter ambitum cœptum & perfectum, cum pari sorte leges scelus quam sceleris puniant voluntatem. *l. 1. C. Theod. l. 9. tit. 26. ad L. Iul de ambit.* Ubi clarè innuitur, voluntatem hic talem intelligi, quæ ad externos actus processit, & in hoc posteriori significatu accipiendas esse supradictas leges vult *Cujacius in comm. ad tit. C. de furtis.*

IV. Quemadmodum autem voluntas ita quoque cogitationis vocabulum in Jure non eodem modo sumitur 1. strictè pro mentis conceptu, & secundum hanc acceptionem intelligenda est *lex 18 C. de pœnis.* 2. latè, quæ cum facto aliquo externo conjuncta est *d. l. 5. §. 4. ad Iul. Mai.* quæ ambiguitates si non rectè observantur, in multas inexplicabiles errorum latebras nos deducent, unde nos expedire difficile erit. In hac materia ubi voluntatem delinquendi causam efficientem proximam assignavimus



ad judicem istius loci, ubi maleficium initium coepit, quam ad judicem loci ubi crimen perfectum est, cognitio ejus delicti spectet. *l. 1. C. ubi de crim. ag. oport.* Sic ut operetur praventionem. Brunneman. *in Comm. ad C. d. t. n. 16. 17. 18.* Perez. *in Comm. ad h. t. num. 6.*

VI. His ita declaratis alia se offert difficultas circa consilium, quod in Jure nonnunquam pro voluntate accipitur, uti patet ex *l. 5. C. ad L. Iul. Mai*, sed hoc non pro voluntate simplici propriissimè ita dicta, nec proactu ad factum aliquod tendente, sed pro consultatione ac deliberatione accipitur in *l. 10. ff. de alien. Iud. mut. caus. fact.* 2. interdum pro concluso & decreto hujusmodi consultationis sumitur *l. 2. §. 1. ff. mandat. l. 47. ff. d. R. I.* Et sic cum proxresi convenit. In hac posteriori acceptione consilium est vel fraudulentum seu malignum; vel non fraudulentum; & ex hoc nulla oritur obligatio nec actio, cum cuique libere rum sit, explorare, an sibi expediat consilium *l. 48. §. ult. ff. Mandat.* Nos loquimur hic de fraudulento, quod est vel instructivum, quo quis ad delinquendum impellitur (& est idem cum eo quod supra causam delicti impulsivam constitui) vel est directivum, quod ab altero dirigitur; vel communicativum; ubi socii criminum seu complices consilia inter se communicant, Dn. Tabor. *racemat. crim. 2. th. 49.* quæ postrema species consilii ad crimen vel attentatum proximè accedit, cum non tantum subsit, sed etiam cogitatum decreto ac consilio jam cum altero alteri communica-

IV.

THESIS

Quibus delictis attentantibus, delictum possint

Ex quibus liquet non delinquere &

Cujuscunque igitur sint conditionis

Cum autem crimina vel delicta

Quam quæ meditata

Ethic. 6. inde

Dolor ex

Omittere.

Nec

Arbitrio

Furiosi,

Habeantur

Intervallo

II. An autem crimen à civitate corpore, collegio, vel universitate attentari queat, ita ut propterea obligetur, meritò in disquisitionem venit? id quod affirmativè statuendum est, *arg. auth. nulla communitas C. de Episc. & cler. arg. l. 9. §. 1. ff. quod met. caus. Magist. de advoc. armat. c. 16. n. 716. cum. seqq. Grot. de Iure B. & p. l. 2. c. 1. n 6.* ubi expresse dicit, quod etiam ob delicta cœpta licet non consummata civitatibus vel superioribus jus sit bello se invicem ulciſci. Licet autem universitas per se nomen Juris sit, ita, ut nec intellectum nec animum habeat *l. 7 ff. quod cuiusc. universi. nom.* & consequenter nec dolo uti *l. 15. ff. de dolo mal.* neque consentire intelligatur. *l. 1. §. ult. ff. de acquir. vel amitt. possess.* quatenus tamen ex civibus ratione præditis constat, qui universitatis vel civitatis corpus repræsentant, corpus & anima ex multitudine animata collecta & composita ei affingitur, ratione cujus vicem personæ obtinere dicitur.

III. Quemadmodum autem [illegible] certi quid judicare potest, niſi cognitum habeat, qua[illegible] bernandi ratione quævis Resp. vel civitas utatur, Ita quoque is, qui judicaturus est, an & quatenus *universitas ex delicto teneatur*, statum istius Reipubl. probè perspectum & exploratum habebit; si igitur administratio est *tota penes plebem, totius plebis* consensus intervenire debet, *quod fit, quando omnibus ejus civibus*, per usitatũ modum vel signum aliquod convocatis totus populus vel maxima pars congregata fuerit, & habito consilio majoribus votis ad aliquid committendum vel faciendum decreverit. *l. 3. ff. quod cuiusc. universi. nom. l. 3. ff. de decret. ab ord. fac.* hujusmodi igitur consensu deficiente, civitas non tenetur, niſi consuetudine receptum aut statuto cautum sit, ut ex facto administratorum velut tribunorum plebis, consulum, aut *aliorum, qui totum populum repræsentant, omnes cives obligentur, quod si* contingat, ut per hęc in damnum *incidat, tota universitas sibi imputet*, quod tales sibi præfecerit, *cum inconsulta eorum*

CAPVT

CAPVT V.

De objecto, Forma, & Fine tractans

THESIS I.

VErsatur autem hæc nostra materia circa facta illicita non secus ac quævis delicta, cum hac tamen restrictione quatenus sub notationem legis cadunt; Excluduntur igitur hic talia facta, quæ licet attentata sint, nullum tamen respectum habent sive directò sive indirectò ad societatem humanam *Grot. l. 2. de I. B. & p. c. 20.* Quemadmodum autem virtutes & leges quæ juxta Aristotelem nihil aliud sunt quam virtutes armatæ, triplici modo se habent nimirum 1. respectu Dei 2. in ordine ad seipsum, 3. Intuitu proximi, ita quoque facta illicita tanquam vitia his opposita eundem respectum habent, & triplicitèr considerantur; nimirum 1. [illegible] Sortilegium, hæresis, sacrilegium, Simonia [illegible] ipsum sunt intemperantia & delicta carnis, 3. adversus proximum sunt illa delicta, quæ *committuntur contra* Justitiam particularem commutativam, *quando unicuique non tribuitur* quod ipsi ex bonis externis debetur. *Sunt autem bona externa* juxta Aristotelem *1. Eth. 8. & 2. Rhet. 3. itidem in triplici differentia*, nimirum Corporis, animi, & fortunæ; Ratione bonorum corporis nocetur proximo in *juria reali*, ut homicidio, verberibus &c. Ratione bonorum animi nocetur ei corrumpendo filium filias vel servum, &c. Ratione bonorum fortunæ nocetur ei furto, incendio, rapina, & quacunque aliâ ratione bona ejus imminuuntur vel deteriorantur. Ceterum non omnes hæ delictorum species objectum *hujus nostræ tractationis* constituunt, sed hæ tantùm, *quarum solus conatus sub notationem* legis venit, quæ autem *tales sint, intra latius apparebit.*

II. Formam quod attinet *duo illi requisita in sunt 1.*

